R. GOSCINNY Asterix A. UDERZO



composuit:
René GOSCINNY

pinxit:
Albert UDERZO

in Latinum convertit:
RUBRI-CASTELLANUS

ehapa COMIC COLLECTION EGMONT

GOSCINNY ET UDERZO
NOVUM PERICULUM
ASTERIGIS ET OBELIGIS PRAEBENT

ASTERIX GALLUS

composuit: **René GOSCINNY** pinxit: **Albert UDERZO**



in Latinum convertit: **RUBRICASTELLANUS**

ehapa COMIC COLLECTION EGMONT

„Asterix Gallus"
von Goscinny und Uderzo
Übersetzung aus dem Französischen ins Lateinische:
Karl-Heinz Graf von Rothenburg
Vokabularium: Hans-Joachim Walke und Karl-Heinz Graf von Rothenburg
Originaltitel: „Astérix le Gaulois"

Nachdruck 2010
EHAPA COMIC COLLECTION
verlegt durch
EGMONT Verlagsgesellschaften mbH
Gertrudenstr. 30-36, 50667 Köln
Programmleitung: Alexandra Germann
Verantwortlicher Redakteur: Wolf Stegmaier
Lettering: Gross und Dinter, Stuttgart
Gestaltung: Uli Faas
Buchherstellung: Simone Nauerth

Beratung in Lizenz- und Autorenfragen: Michael F. Walz
Druck und Verarbeitung: Sachsendruck Plauen GmbH
ISBN 978-3-7704-0051-5




ANNO A.C.N.L: TOTA GALLIA, QUAE, UT VIDES, EST DIVISA IN PARTES QUINQUE, A ROMANIS OCCUPATA EST... TOTANE? MINIME! VICUS QUIDAM A GALLIS INVICTIS HABITATUS INVASORIBUS RESISTERE ADHUC NON DESINIT. NEQUE VITA FACILIS LEGIONARIIS ROMANIS, QUIBUS SUNT CASTRA BENE MUNITA BABAORUM, AQUARIUM, LAUDANUM, PARVIBONUMQUE...

QUIDAM GALLORUM



ASTERIX HEROS NOSTER EST, QUI SUBIIT HAEC PERICULA. EI VIRO BELLICOSO HUMILI STATURA INGENIOQUE CALLIDO OMNIA PERICULOSA MANDATA SINE ULLA DUBITATIONE COMMITTUNTUR. VIM PLUS QUAM HUMANAM EX POTIONE MAGICA PANORAMIGIS DRUIDAE TRAHIT...



OBELIX INSEPARABILIS ASTERIGIS AMICUS EST. MUNUS EIUS EST INGENTES CIPPOS COMPORTARE, VALDE AMAT CARNEM APRORUM. OBELIX SEMPER PARATUS EST OMNIA EX MANIBUS DEMITTERE, UT ASTERIGEM AD NOVUM PERICULUM SUBEUNDUM SEQUATUR, DUMMODO APRI ET ACERRIMAE RIXAE APPAREANT.



PANORAMIX, VENERABILIS VICI DRUIDA, VISCA SECAT POTIONESQUE MAGICAS MISCET. IMPRIMIS POTIO QUAEDAM, QUAE VIRES INCREDIBILES TRIBUIT, POPULARISSIMA EST ATQUE GRATISSIMA VICANIS. AT PANORAMIGI ETIAM ALIORUM POTUUM PRAECEPTA SUNT...



CANTORIX BARDUS EST. IUDICIA DE EIUS INDOLE DIVERSA SUNT: IPSE SE INGENIOSUM IUDICAT, OMNES CETERI CANTUS EIUS INCREDIBILES ESSE SENTIUNT. AT CUM NIHIL DICIT, SODALIS HILARIS ATQUE ALACER EST, AB OMNIBUS MAGNI AESTIMATUS...



MAIESTIX POSTREMO PRINCEPS CIVITATIS EST. AUGUSTUS, FORTISSIMUS, SUSPICIOSUS HOMO REI MILITARIS PERITISSIMUS A SUIS COLITUR, TIMETUR AUTEM AB HOSTIBUS. MAIESTIX NIHIL TIMET NISI HOC UNUM: NE CAELUM IN CAPUT CADAT. AT UT IPSE DICIT: „NONDUM OMNIUM DIERUM SOL OCCIDIT."



* apparet magistros eorum non optimos fuisse.


Parviboni in Gai Boni centurionis tentorio in castris Romanorum...
ave Gai Bone! exploratores redierunt!
ave Iuli Pompili! aspiciam eos!
ave...
?!?
pro dei immortales! quid incommodi vobis accidit? estisne oppressi a copiis vobis frequentioribus?
frequentioribus...
... dici non potest!!!
fuerunt unus...
... haud ita magnus forsitan tantus!
2A
pro Iuppiter! fieri non potest, quin secretum quoddam in horum Gallorum viribus lateat!
dum haec geruntur...
iam redis, Asterix... nihilne insoliti? ...
nihil...
hmmm, certe quidem... quattuor Romanos prostravi...
ah? ... optime!
venisne tu mecum, ut aprum edamus?
veniam per punctum temporis. sunt mihi prius duo cippi tradendi...
2B


intra, Obelix, assum paratum est!
ham, ham, Asterix!
Romanos suscensere suspicor eosque ab integro impetum facturos...
pah!
tamdiu Romani nil contra nos efficere poterunt, quoad Panoramix, Druida noster, potionem magicam parare perget!
ceterum Druidam visitemus!
certe in arbore sedet visca secans falce sua aurea!
SISS!
SASS!
3A
PANORAMIX!
DRUIDA!
Eiiiii!
exterruisti me, ut me ipsum secarem falce mea!
mihi, quaeso, ignoscas...
dies adest, quo mihi a te potionis portio tribuenda sit...
bene, esto!
venite ad mecum...
3B


haec potio quemlibet invictum reddit eaque vires in immensum multiplicantur per tempus finitum.
constat hic potus e quibus, o Druida?
origo huius potus praecepti obscuritate priscae aetatis abruta est neque id praeceptum litteris traditur, sed tantum sermone secreto.
... omnia, quae tibi dicere possum: visca cammarusque insunt...
cammaro opus non est, sed mixturae saporem iucundum tribuit!
PLAF!
4A
licetne mihi gustare?
minime vero, Obelix, minime! ... neque tu hoc ignoras!
natus infans in aenum incidisti. neque potio magnam vim tibi praebere umquam desinet; plus potare tibi periculosum est!
GLOP!
GLOP!
GLOP!
gratias tibi ago, o Druida!
pro Belenus, aequum non est!
Ei! Ei! Ei!!!
saepe iam tibi interdixi, quominus mihi dextram dares, cum potum sumpsisses!
verum est; nescio quantum roboris mihi sit!
4B



Galli, quos iam per multos annos circumsedemus, nos ludibrio habent! hodie nos nimis provocaverunt, cum unus tantum quattuor nostrum prostravit: contra legem bellandi est. nos irrident!
aliquid mysticum horum Gallorum viribus subest! id secretum detegamus necesse est!
ita est, ut dicis, Marce Sacape! detegi necesse est et quidem celerrime! Caesar ex urbe me de indignatione sua certiorem fecit. mihi voluntario quodam opus est, qui Gallos exploret!
?!
5A
tot voluntariis affluentibus confugiendum est ad ludum, ut exploratorem designemus.
hic antiquus Romanorum ludus ut rite agi possit, una sella infra numerum legionariorum colludentium ponenda est...
... ut cantus conticescit...
... omnes assidunt. de legionario sella carenti actum est.
de Caligula Mino actum est!
5B


nolo ire ad Gallos!
Caesar tibi gratiam referet Caligula Mine, si ad Gallos ieris...
nolo ire ad Gallos!
ego te ut gallum torrebo, nisi ibis ad Gallos!!!
age, age, ibo ad Gallos...
vertite hunc in virum Gallicum!
interea apud Gallos haec geruntur...
Romani longo iam tempore se ipsos quietos tenent! cavete et mementote apud Druidam vestram potionem sumere!
vivat Maiestix, princeps noster!...
heus princeps!
quid me vis, Obelix?
nil potionis mihi datur. aequum non est, paulo minus valeo...
heu, Cantorix bardus!
cantum moveam, quo militum animos confirmem...
non omnes, qui habent citharam, sunt citharoedi...
copia cipporum mihi tradenda est...
caelum mihi in caput incidat! sero est!
o homines barbaros! nihil artis meae capitis!





Caligula Minus paratus est, o Gai Bone! Gallica veste eum occultavimus.
libet inspicere...
?!!
Hi! Hi! Ho! Ho! eum in vincula conicite! Ha! Ha!
quid istuc?
te prosequemur ad vicum Gallorum. Galli, cum te aspicient, subito accurrent, ut te in libertatem vindicent. eo modo tibi ad eorum vicum aditus patebit eique tibi rem suam arcanam revelabunt...
quid tu sentis de meo consilio?
nec quicquam de ea re sentio. prorsum nil intellego!
abripite eum!
eeeei! paulo placidius vos gerite adversus me! sum falsus captivus, vir vere Romanus!
paulo post...
estne mihi diu proficiscendum hoc modo?
tacedum, Caligula Mine!
haud procul inde...
velim occasio immoderate rixandi mihi detur...
spes vana est. nam Romani cautiores sunt, quia satis superque rixarum eis adhuc fuit.


gradum siste!
hmmm?
ssst!
at...
sonitus catenarum, graduum, lamentationum accipio!
!
abdamus nos in huius arboris verticem... lacertos nos exercere posse suspicor!
8A
pro deum hominumque fidem, melius fuit me Romae manere, quam Caesaris legionarium et gloriam et divitias appetere! neque pellis mea sestertio nummo aestimanda est neque umquam sorbitionem* gustabo, quam matercula mihi parare solebat!
* pasta vermiculata post multos demum annos e Sinis importatae est a viro, qui nomine appellatur "Marco Polo"
etiam taces, Caligula Mine?! tibi soli, cum turbae Gallorum nos opprimerit, parcetur!
profecto turbae adsunt...
video quosdam Romanus cum captivo Gallico!!!
age, liberemus eum!
8B


bene igitur tenetis? si nos oppriment, iis non resistemus nisi specie!
pro Iuppiter! adsunt!
pro Teutates, irruamus in hostes!
eos aliquantulum ignaviores quam alias esse solent, iudico, nonne?
PAMM!
ita est; male valere videntur... sibi ipsis prospicere cibosque salubres sumere debent!
BEMM!
nil iam restat...
an animos eorum revocemus, ut pugnam integremus?
minime! fac venias, sero est...
im... imperatum completum!
statim te catenis liberemus...
sed ad id malleo aliisque instrumentis opus est...
hi! hi! instrumenta nosmetipsi sumus!
!
quis tu?
ego equidem Calig... hmmm... Caliguliminix sum, Lutetiae habito feriasque in Aremorica agere volebam, cum Romani me comprehenderunt...
at alibi Gallis pax est cum Romanis!
recte quidem iudicas, sed me, quia adeo astutus atque alacer videor, exploratorem ducebant...
errare Romanum est, hi! hi!


audacissima manus a Marco Sacapo ducta Parvibonum, in castra revenit...
piep!
Galli venerunt, viderunt, rapuerunt Caligulam Minum!
10A
euax, victoria magnifica nostrorum!
speremus Caligulam Minum totum ad nos redituram, ut quicquid viderit nobis dicere possit!
spero pro eo: si non, partes eius ulciscar probe!!!
alea iacta est!
quid?
dum haec geruntur...
appropinquamus vico nostro, Caliguliminix. ibi tutus eris, quia nemo illic nisi Galli!
ehem optume!
Asterix et Obelix revenerunt!
reducunt nescio quid!
pro Belenus, aliquod mirum...
nobiscom veni, te introducere volumus apud Maiestigem, principem nostrum.
at... omnes armati sunt!!!
scilicet, quia semper parati esse debemus ad impetum Romanorum repellendum!
o praesagientem cautionem!
10B



Maiestix, princeps noster, et Panoramix Druida hic intus sunt. certiores facti sunt de adventu tuo...
pergratus mihi venis, mi frater; proinde agita, ac si domi sis tuae!
o... hmmm... salvus sis!
cantum moveam salutationis...
melius est te inspicere sub aliqua quercu, num ego sim illic!
abi deambulatum in vico usque ad cenam, sed ne longius processeris, quia Romani vagantur...
abeo!
ah, spectandi sum cupidissimus, quibus instrumentis metallum cudant...
ARMAMIX
OMNIS GENERIS ARMA
BIMM!
BOMM!
BEMM!
11A
?
BAMM!
pugnis! pro Iuppiter! pugnis!
BOMM!
BIMM!
heus tu, iste cippus huc venit?
iam nunc venit!
???
vere validissimi sunt... quaerendumst, nonne Gaius Bonus recte iudicaverit... huic robori aliquid secretum subest...
11B


cena parata, Caligulaminix! aper apponitur!
estne secretum quoddam vobis tribuens haec incrediblia robora?
Glup! ham! ita est, ut dicis sed reve-lare non possum, scrunc!
fac edas aprum tuum, alioqui frigescit.
quam ob rem mihi id secretum revelare nequis?
quia secretum est!
at iustum non est! quorsum haec pertinent, si ne Galli quidem omnia secum communicare possunt?
?!
si ego equidem tam validus essem quam vos, ordines Romanorum perrumpere possem Lutetiamque ad meos pervenire!
!
12A
eiii - coniunx atque liberi sollicita-buntur.
quid ergo faciendum?
aprum eius comedere possumus!
veni mecum, Caligulaminix. Druidam visitemus.
fieri non potest, quin in quercu aliqua sedeat. est enim sextus post lunam plenam dies atque bene notum in visco eo die secto fortissimum remedium inesse.
heus Druida!
Eiiii!
iam prius tibi dixi: ne me exterrueris, cum visca falce seco!!!
12B


quid me vis?
ego equidem nihil. Caligulaminix, amicus meus, secretum, quod robori nostro subest, cognoscere cupit..
deliras plane!
!
domum mihi redeundumst ad meos, negotia rursus suscipienda...
13A
quaenam sunt tua negotia?
hmmm... monstrator sum... barbaris viatoribus Lutetiam nocturnam monstro...
quid igitur, Druida?
minime inquam et iterum minime!!!
optime, optime... perfectum! o, rem cognitam habeo!
nihilominus ad meos redire conabor. sin autem Romani me Romam abstraxerint, ut in amphithe-atro a leonibus devorer, ad unumquemque leonum morsum exclamabo: Panoramigis Druidae, Panoramigis Druidae culpa!
bene, bene, fiat!
Caligulaminix, redi!
tibi secretum monstrare consentio, quin etiam te gustare patiar!
secretum igitur est, quod estur?
13B


omnes huc venite! Panoramix, noster Druida, potionem coquere parat!
portio huius potionis vim tibi attribuet, quae est necessaria, ut Lutetiam redire possis...
at effectus cito dilabuntur.
id nil curo. aenum furto subducam!
en potionem...
atque hunc potum... ego bibam?...
14A
GLUP! GLUP! GLUP! GLUP! GLUP!
sorbitio olitoria dici potest...
quo in iusculo insunt vitamina maxime necessaria. et quia eo iusculo vires magis magisque crescunt, etiam Magi appellatur.
at non sentio ullum effectum proprium...
istunc lapidem conare tollere!
an hunc? numquam autem potero...
?!?
14B


ehem
optume!
RUMMMP!
haec potio cuilibet immanes vires tribuit, sed neminem invulnerabilem reddit... ad id potus specialis suppetit, sed haec longe alia res...
sollemne incipiat!
heus Cantorix, exspectaris!
festina, Cetionix!
quid nunc faciemus?
saltabimus!
15A
animos attendite! alterum ponite pedem in dextro, alterum in sinistro!
alii procedant! alii recedant!
consalutate! manu vos prendite!
barba inter vos trahite!
barba... trahere?!?
?!?
?
15B



quale est hoc prodigium?!!!
emmm... ba... barba deduci potest... novissimus cultus Lutitiae...
ne minimum quidem credo te virum vere Gallicum esse! immo Romanum exploratorem!!!
Apprendite eum!!!
?
!
vanum est vos eum persequi. quia potionem potavit, invictus est!
16A
potione tua igitur confirmatus effugere potest.
per falcem meam auream! tute ut aliquid potionis illi exploratori praeberem, perseverasti!
pah! nil interest. explorator haud multum novit effectusque potionis cito diffluunt!
interea Caligula Minus currit et currit et currit...
stop! quo vadis, Galle?
BIOMM!
16B


ave Gai Bone!
?
secretum cognitum habeo, quod viribus Gallorum subest!
!
ubi est haec potio?
hic intus!
veni mecum, Caligula Mine, vim huius potionis cognoscere volo!
?!
pugnis eos contunde!
fiat!
17A
iste... nos contundet? oh! oh! oh!
pro Iuppiter, nimis iocosum!
ave Caligula Mine, morituri te salutant!
TUX!
PAMM!
TAX!
SCROCC!
mirum!
en aspice!
aegre fero nobis potum non in manibus esse, ut non exquirere possimus, e quibus constet.
emm, ita...
dissecari potest velut lepus...
!
temptate modo, temptate modo!!!
consilium tuum bonum, Marce Sacape, sed Caligula Minus nobiscum agere negat.
17B



atque huius potus effectus quousque tandem permanent?
ignoro...
agedum, subleva istum lapidem ingentem, Caligula Mine!
?
en aspice!
perfectum!
tolle hoc saxum porrectis manibus, Caligula Mine; cum gravius tibi erit, significabit effectus potionis diffundi...
nonnulae horae praetereunt...
... cum subito...
BUMMP!
sentisne nullum iam robur?
eheu, nullum iam - res finita!
agite, captate eum!!!
heu... quiescatis, quaeso!...
BUMM!
TUX!
TAX!
praecepto miscendae potionis mihi opus est! auxilio huius potionis imperator fieri potero! Gaius Caesar!



paulo post apud Gallos...
in silvam abeo visca secandi causa...
optasne, ut te comiter, Druida?
non opto, Asterix, hic remane, ut vicum serves. Causa roboris tui potio mea, causa autem tuae prudentiae atque calliditatis tute ipse...
nobis terribile esset, si te perderemus... ceterum brevi redibo...
ah, bene...
La La*
* antiquum canticum Gallorum
CRACC!
ioo! captus est!
* antiqua maledicta Gallorum
paulo post...
Druidam captum tenemus, o Gai Bone!
optime, Tulli Octope!
praemia accipies centum sestertios et concessionem Romam eundi, ut ludos circenses spectare possis!
heiaaa! mihi licet circenses spectare, circenses spectare mihi licet!
atque tu quidem, Druida, mihi secretum tuum prodes!
deliras, annon?!!


penna laxat Druidam non vi, sed saepe radendo!
nonne tu loqueris?
at enim tu quidem loqueris!!!
postea...
at certe quidem aequum non est, Druida! iam inde a nonnullis horis te torquemus, tamen aequo animo es!
immo vero! hoc efficit tempus raptim praeterire!
si locutus eris, Druida, ego te hominem divitem atque potentem reddam!
non loquar!
sestertios accipies! magnum pondus sestertium!!!
non loquar!
torquebitisne me per longum abhinc tempus? sunt alia quoque mihi facienda!
vires magicae huius Druidae validiores pro me sunt... ac pertinax est!
interea...
quid accidit, Asterix? inquietus videris...
Druida discessit, ut in silva visca secaret, neque adhuc revertit...
quaesitum eo!
cave, quaeso, Asterix! iam pridem potione cares!
pah! calliditati meae confisus Druidam inveniam!


Druida, heus Druida!
ibi via Romana... homines illic sunt...
PRIMARIA VIII
sollicitus videris, mi amice...
Di boni, quid faciam?
mercator boum sum, sed dubito, num boves meos vendam; nam si id facerem, quo modo domum redirem? boves noniam mihi essent, qui plaustrum trahere possent!
alium quaestum cole! mercator plaustrorum sis, deinde plaustrum tuum vendere et cum bobus redire poteris!
!
mirum, ingeniosum, magnificentissimum consilium!
quomodo tibi gratiam referam?
me certiorem fac de aliqua re. vidistine praeterire aliquem Druidam visca vellentem?
non ita; vidi quidem Druidam praeterire, sed ille plaga involutus erat, quam quidam legionarii Parvibonum tulerunt...
fac me Parvibonum vehas!
at meum iter non est.
Parviboni maximus mercatus est vehiculorum atque hoc ipso tempore illic vehicula, quae iam in usu erant, exponuntur!
o me fortunatum, qui tibi obviam venerim!


Parvibono appropinquamus!
at... qua de causa te ipsum abdis?
emmm... quia amicis meis Romanis dolum nectere volo...
hi, hi! optime! nam dolos vehementer diligo!
hi! hi! hi!
pro Teutates, stultitia huius mercatoris grande prodigium!
sub-siste
quid tuo plaustro importas, mercator?
nihil! hi! hi!
pro Iuppiter! num tu irrides me?!!
hi! hi! hi! hi!
hic truncus omnia corrumpet!
quid agitur, Gracche Sextili?
iste mercator me irridet, Claude Quintili!
Hihi!
patere invehi! novi eum, innoxius est!
uff!



* conversione non opus est, quod plurimi homines simillime stertunt.



omne id plurimum mea interest, sed nequaquam ex eo certio fio, ubi Panoramix Druida versetur!
non est dubium, quin sit in isto tentorio maxima cum diligentia custodito...
audaces fortuna iuvat!
nonne permissum? venio, ut Panoramigem Druidam liberem. amicus est meus.
?!?!
gratias ago!
24A
ne eum exire siveris! unus enim est ex illis Gallis invictis potione magica refertis! ego avolo, ut subsidium arcessam!
b... bene, at contende, o Gai Marceope!
atque in tentorio...
ut vales?
Asterix!
pro Belisama, summae dementiae est, Asterix, te caput in fauces Romani lupi inserere
isti homines nil valent contra vires meas magicas!
rectissime iudicas! delectabimur paulum eorum damno, consilium callidum cepi!
ad arma! dux, ad arma!
24B



o Gai Bone!
quid nunc?
Gallum quendam in tentorio, quo Druida est, captum tenemus! Sed subsidio opus est!
pro Iuppiter bellicum canatur!!!
TARARATATA
paulo post...
trade te Galle! sin minus, meis fortibus viris, ut signa inferant, imperabo!
25A
dedet se tandem annon?
exspectando enervor!
cavete! praesto est!!!
arma ad pedes tuos proicio, centurio, velut Vercingetorix, noster princeps, ad magistri tui proiecit Caesaris.
SIRR!
CLOC!
SST!
BEMM!
BIMM!
CLAC!
quid igitur est? dedo me ipsum! aliquid tandem suscipite! mihi quidem tempus non est terendum sermone!
25B



comprendite eum, homines ignavi! alioqui in amphitheatro leonibus vos obici iubebo!
in amphitheatro?
leonibus...
o bae!
CLiC!
CLAC!
RACC!
DONC!
quid hoc rei est?
Gallus quidam in castra irrepsit...
aequum non est! dolum differre potuit, dum expergiscerer! aequum non est!
?
loqui ergo nolis, Druida, cras autem amicum tuum, cum torqueatur, magis loquacem fore existimo!
aut Caesar aut nihil!
HA! HA! HA! HA! HA!
HA! HA! HA!
nullo modo excogitare potest, ad quantum loquacitatis progrediar. tam loquax ero quam numquam prius!


silentium tene! venit aliquis!
Gaius Bonus vos videre desiderat!
heus tu! notumne tibi secretum potionis magicae?
mihine? minime!
ultimum, Druida, te oro! aut cedo mihi praeceptum potionis aut amicum tuum torqueri iubebo!
27A
non timeo tormenta!
spem pono in Asterigis, amici mei, virtute!
brevi cognoscemus! ponite hunc Gallum in hac mensa! tortorem arcessite!
iam venio! iam venio! ecce me semper paratum!
AQUA
misereminI, quaeso, misereminI! noniam susti-neo! satis! misereminI!
?!
pro meam erga Teutatem pietatem, desistite! lamenta-tiones eius diutius perferre non possum! Dicam omnia!
desiste, tortor...
at nondum initium feci!
27B



agedum, Druida, da nobis illud praeceptum, si non, amicus tuus poenas dabit!
miserere!
potionem sub tuis oculis miscebo, sed mihi multis additamentis opus est, quae in silva inveniuntur
omnia, quibus eges, tibi apportabuntur! Druidam deducite, alterum Gallum obsidem observo!
viscis opus est...
... radicibus...
paulo post...
Druida revertit cum viscis, radicibus...
... herbis atque floribus agrorum. aenum desiderat.
aliquod ei detur!
aliquantulum salis... paululum piperis... omnia aestuare necesse...
ita! optime! cito! citius!
aliquid deficit... aliquid magni momenti...
quid? quid? quid?
fraga...
fragane? hoc anni tempore?!?
ea haud facile inveniri posse apparet... tempus anni exspectare possumus...
minime vero! cito! nuntii statim dimittendi sunt! mihi fragis opus est!!! fragis! ilico, celerrime!!!
et dum fraga exspectantur...
Asterix, consilium tuum optima est!
tuum consilium fraga desiderandi non peior est! ea nobis ferias affert Caesaris impensa!


complures iam dies nuntii in itinere sunt, ut fraga exquirant!
nuntii redierunt, o Gai Bone!
tandem!
ave, Gai Bone!
avete, avete vos, mei nati! num fraga apportatis?
minime!
nulla fraga!
omnibus locis requirebamus!
Tullius Octopus adhuc abest...
ecce me, o Gai Bone!
fraga inveni, o Gai Bone! immenso pretio emi a mercatore Graeco, qui in itinere mihi obviam iit forte fortuna.
cedo!
nunc autem affirmo te praemium hoc accepturum: tibi, ut Romae circenses spectes, permitto!
io, circenses spectabo, circenses spectabo!
heus Druida: hic fraga sunt, quae a me desiderasti quibusque tibi opus est ad potionem magicam parandam!
quid tu iudicas de hisce fragis, Asterix?
hmmm... speciem non excellentissimam praebent...
!
non vilia...
ah?
iudicatumst: haec fraga egregia fuerunt...
ita est, haec ipsa sunt, quibus mihi opus est. facite igitur, ut mihi plura requiratis...



* tum Panoramix C. Bono remedium contra nervos infirmos commendavit.


?
heus mi amice, salvus sis!
egone?
omnino non salvus sum! in itinere homo quidam mihi persuasit dictitans me plaustrum meum Parviboni vendere posse neque quisquam plaustrum emere vult et bobus meis mihi opus est...
?
atque omnium harum rerum causa est iste!
?
rem tuam non satis quidem teneo, sed ut te consoler: velim hanc potionem gustes...
!
abstineo me iusculo, me iusculo abstineo! ... ceterum mihi discedendum, ut vehiculum meum Babaori vendere coner...
fac gustes!!!
?!!
esto, esto...
GLUP! GLUP! GLUP!
SCRRR!
qua de causa oculos hoc modo in me conicitis? an numquam antea vehiculorum venditorem vidistis iusculum haurientem?


hac potione sumpta homo longe validissimus totius orbis terrarum es!
ain tu?
hi! hi! iocus est et iste ioculator est, hi! hi!
id ipsum videbimus...
afflige aliquem!
at nemo est, cui iratus sim!
voluntarium aliquem voco ad plagam accipiendam!
vanitas vanitatum et omnia vanitas...
de facto...
ut vales?
haud ita bene...
32A
paulo plus animi atque ardoris exspecto atque paulo minus loquacitatis, cum voluntarium concupisco!!!
egomet voluntarius sum!
tune? excellentissimum quidem consilium!
pulsa me!
?
fac eum pulses!!
nonne pulsas?
iam tandem pulsa!
TIP!
!
doloremne tibi attulit?
caelum in caput incidisse credidi!
?
32B


inde ergo abscedam,
si nulli iam usui sum...
porro!
33A
si prudenter intellexi,
nunc validissimus
factus sum!
mirum id! boves tandem vendere
atque ipsemet plaustrum trahere
possum!
haec potio...
... sine dubio...
... aliquid
magici
habet!
atque Parviboni...
GLUP! GLUP! GLUP! GLUP!
bibite, omnes bibite!
33B




*ut desint vires, tamen est laudanda voluntas!


eho... Gai Bone...
hmm?
non est magnificum miraculum hunc lapillum sublevare...
?
verum hoc est, ecce!!!
VAEEE!
fures, fefellistis me! haec potio non est magica!!!
o, verumtamen!
?
Hi! Hi! HO! HO! HO! HA!HA!
o Gai Bone, nonne in eos Gallos exemplum statuamus?
?
35A
te barbam radere oportuit, priusquam in oculos meos incurristi!
?
est enim boni legionarii glabrum esse!
!
sit ita, atqui boni centurionis virum recti exempli esse!
?
at... quid... quid nobis accidit?
en aspice!!!
35B
!!!



!
?
quid et quale est hoc progidium, Druida?
est antiquum et fortissimum remedium calvitiei. barbae vestrae ac capilli incredibili celeritate crescere non desistent.
vos trucidabo! date mihi antidotum!
ts, ts, ts
si nos trucidabis, antidotum comparare non poterimus!
!
ceterum hodie paululum fatigati sumus...
nos in tentorium nostrum recipiemus...
36A
manete!!!
RUMMP!
quidnam tibi accidit, o Gai Bone?
pedes barba implicavi, o asine!
paulo post...
in illorum Gallorum potestatem veni. penes eos est certaminis victoria. agendumst mihi cum iis!
!
5. 60
36B



hoc aenum est, in quo potio parabatur!
BAMM!
LAP! LAP! LAP!
tria milia quadringenti quinquaginta!
?
quid dicis?
novum ludum excogitavimus. quoties alter nostrum barbatum videt, ei quindecim numeros acceptos referimus. qui plurimos numeros acceperit, vincet*
37A
*eo ludo homines usque ad hunc diem in quibusdam Europae occidentalis regionibus delectantur.
me ludibrio habes, Galle, sed mihi tecum agendumst!
sermo tuus ne capillo quidem a re aberret, de qua agitur!
RAU HAU HAU!
cupio et opto, ne amplius quisquam capillorum mentionem faciat!!!
POM! POM! POM!
quod cum ita sit... rem tuam non pili facio unius!
noli, quaeso, abire!
hi! hi!
sit ita. modo fac, ne mihi unum barbae pilum vellas!
HA! HA! HO! HO!
haec res ita confusa est ut crines hirsuti et horridi! tu quidem loquere, nos aures tibi praebemus!
37B
hu! hu! satis adhuc! hahahoho hihi!



me victum fateor. date mihi antidotum et ego vos liberos dimittam!
at non cupidus sum quicquam agendi.
laborem...
... non pili facit...
hi! hi! hi!
agitedum, noli de gradu deici. res pacta est...
!
me additamenta quaesitum ire necesse est in silva...
praesidium vobis adiungam...
secretum potionis magicae numquam possidebo, sed ut capilli tam immani celeritate crescere desierint, istos Gallos iugulabo! quomodo satisfactionem plenam accipiam!
38A
qua de causa tu tam celeriter assensus es? is centurio nobis malevolus est!
potio capillaris vim non in aeternum habet...
capilli cras noniam crescent. excogitandum ergo est, qua nos hinc auferamus...
parati sumus vobis in silva praesidio esse, ut additamenta antidoti quaerere possitis.
fac, ne capillis meis insistas!
tu quidem cave, ne capillos per terram trahas!
aliquid consilii mihi in animo est!
haec sunt bona nobis a natura data: semper referti sumus bonis consiliis!
38B


properate! barbae nostrae enasci pergunt!
nos omnia fere habere censeo, quibus opus est...
iam praesto adsumus!
optime, laborem vestrum subite!
uff! ut tandem me recreem, opus est! per tres iam horas laborabam sine ulla intermissione!
quo vaditis?
at... videre volo quomodo antidotum paretis!
attatae! nullo modo patimur! tranquillitate nobis opus est... nimis commoti perturbatique estis!
!
hoc tentorium diligentissime observate, ne evadant!
agedum! incipiamus!




huc aspice, Asterix, care amice: in parvo aeno potionem paro magicam; validis enim lacertis egemus, ut hinc discedere possimus...
in illo magno antidotum apparo: ex aqua, medulla ossis, variis oleribus, sale...; iucunda sorbitio coquenda, quia nobis prius quam Romanis gustandum...
paulo post...
potio magica parata; sume magnum quidem haustum!
GLOP! GLOP! GLOP! GLOP! GLOP! GLOP!
alios nunc advocare potes...
ad sorbitionem, quaeso, venite!
aenum apportate ad hunc locum...
iam venit, venit!
gustate priores...
sapitne bene?
GLUP! GLUP! GLUP!
iucundissime... sed iucundius saperet cum frustis panis tostis...
?


nunc vestrae partes sunt...
quis autem mihi demonstrat hanc potionem capillos crescere prohibituram?
astutus es, Romane! observa barbam meam labri superioris et tu quidem eam noniam crescere videbis!
pro Iuppiter! verum est! ergo bibamus!
en homines voracissimi!
ita, et copia capillorum in sorbitione! haud delectabile!
41A
aaaaah... et nunc tandem...
... prendite eos!!!
libentissime!
barbulam tibi vello.
visne me, mittere?!
succurrite!
?
41B


miiiitte me!
fiat!
RUMMP!
veni mecum! discedamus, priusquam animum recipiant!
nunc ipsum, cum delectari incipio!
!
vade retro!
42A
SCROP!
ecce Romani!
magna copia Romanorum!!!
adveniunt illinc quoque!
etiam istinc! castra circumita!
ecce subsidium, quod ad tempus advenit!
actum est de nobis!!!
42B


nunc quidem vos, Galli, hastis perfodi iubebo!
o Gai Bone, aliquis te impatienter exspectat in tentorio tuo...
?
impatienter?
impatienter.
quisnam pallium suum non aufert e meo tentorio?!!
visne tu Caesari tribuere, quod mihi tribuendumst!?
!
43A
eheu, Julius Caesar!!!
ita est...
veni, ut videam, quid in illa obsessione Gallorum invictorum profeceris. quae est ea in castris coorta perturbatio, quae praesidium impedivit, quominus honoribus me afficerent dignitati meae debitis?
quia... hoc ipso tempore occupati sumus in eo, ut cum quibusdam Gallis pugnemus...
cum Gallis? cum quot Gallis?
cum duobus!
?!
!
per Cleopatram, monstrate mihi illos duos, qui tot legionarios miscere et turbare possint!
43B


ah! ii ipsi igitur sunt Galli terribiles!
mihi explicate, quaeso, quae hic gesta sint...
Gaius Bonus cupidissimus erat praecepti comparandi, quo coquere posset potionem magicam, quae se ipsum invictum redderet atque sibi viam ad imperium occupandum patefaceret.
attat!
po... possum omnia explicare!
non operae est... abi et barbam rade; deinde cum viris tuis in extremos Thracum fines, qua barbari quidam tumultus movere videntur, proficisceris...
quod autem ad vos attinet, pro beneficio, quo me affecistis, ego vos liberos dimittam...
sed res nullo modo diiudicata, Galle, iterum nos aspiciemus!
magnopere id expeto, o Iuli!
paulo post...
pro Teutates, praesto sunt!
et per totam noctem, sub caelo stellis lunaque plena ornato, Galli heroes suos celebrabant. Cantorix autem hoc carmen cantabat, quod ipse composuit: gaudeamus igitur / est finitus cursus...
libentissime alterum aprum sumam...
narrationis
FINIS



anno a.C.n.L: tota Gallia, quae, ut vides, est divisa in partes quinque, a Romanis occupata est... Totane? Minime! Vicus quidam a Gallis invictis habitatus invasoribus resistere adhuc non desinit.

www.asterix.de
www.ehapa-comic-collection.de

ASTERIX GALLUS

delirare: spinnen, to be mad, être fou, essere pazzo, estar majareta

pag. 2, minus valere: sich unwohl fühlen, to feel weak, se sentir mal, essere indisposto, sentirse débil
natus infans: Baby, baby, bébé, bebé

pag. 4, heros, -ois, m: Held, hero, héros, eroe, héroe
humilis, -e: klein, small, petit, piccolo, pequeño
callidus: schlau, clever, rusé, callido, astuto
inseparabilis, -e: unzertrennlich, inseperable, inséparable, inseparabile, inseparable
cippus: Hinkelstein, stone column (erratic block), menhir, cippo, menhir (piedra de centurio)
aper, apri, m: Eber (Wildschwein), boar, sanglier, cinghiale, jabalí
rixa: Rauferei, row, bagarre, rissa, riña
viscum: Mistel, mistletoe, gui, vischio, muérdago
bardus: Sänger (Barde), bard, barde, bardo, bardo
augustus: erhaben, majestic, majestueux, augosto, mejestuoso
suspiciosus: argwöhnisch, suspicious, soupçonneux, sospettoso, suspicaz

pag. 5, interrumpere: unterbrechen, to interrupt, interrompre, interrompere, interrumpir
pagus: Bezirk, region, région, pago, región
summus vir: Held, hero, héros, eroe, héroe

pag. 6, tentorium: Zelt, tent, tente, tenda, tienda
frequens, -entis: zahlreich, in great number, nombreux, numeroso, más numeroso
insolitus: außergewöhnlich, unusual, exceptionnel, insolito, insólito
punctum temporis: Moment, moment, moment, momento, instante

pag. 7, assum: Braten, roast meat, rôti, arrosto, asado
faix, falcis, f: Sichel, sickle, serpe, falce, hoz
portio, portionis, f: Portion, portion, portion, porzione, porción

pag. 8, cammarus: Hummer, lobster, homard, aragosta, langosta
sapor, saporis, m: Geschmack, taste, goût, gusto, sabor
aenum: Kessel, kettle, marmite, paiuolo, caldero

pag. 9, aliquem ludibrio habere: jemanden zum Narren halten, to make a fool o.s., se moquer de qn., mettere qu. in ludibrio, burlarse de alg
provocare: herausfordern, to provoke, provoquer, provocare, provocar
alicui rei subesse: hinter einer Sache stecken, to be at the back of, être caché derrière, nascondersi dietro a qc., haber algo escondido en el fondo
conticescere: verstummen, to cease sound, se taire, ammutolire, acabar
de aliquo actum est: es ist um jemanden geschehen, it´s all up with s.o., c´en est fait de qn., è finita per qu., le ha tocado a alg

pag. 10, heus!: hallo!, hello!, holà!, ehi!, hola!
heu!: o weh!, goodness!, hélas!, ahi!, ay!
Quid me vis?: was willst du?, what´s the matter?, qu´est ce que tu veux?, che vuoi?, que quieres?
citharoedus: Zitherspieler, harpist, cithariste, cittarista, citaredo

pag. 11, res arcana: Geheimnis, secret, secret, arcano, secreto
revelare: enthüllen, to reveal, révéler, rivelare, revelar
prorsum nil: überhaupt nichts, nothing at all, rien du tout, un bel niente, nada absolutamente
placidus: sanft, soft, doucement, placido, dulcemente
tacedum!: schweig doch!, shut up!, tais-toi!, sta zitto!, cállate!
Rixari: raufen, to have a row, se battre, azzufarsi, reñir

pag. 12, gradum siste!: halt!, stop!, arrête!, alto la!, alto!
catena: Kette, chain, chaîne, catena, cadena
lacertus: Muskel, muscle, muscle, lacerto, musculo
non aestimari nummo sestertio: keinen Pfennig wert sein, not to be worth a farthing, ne pas valoir un sesterce, non valere un fico secco, algo no valer ni un sestercio
sorbitio: Suppe, soup, soupe, minestra al brodo, poción
matercula: Mutti, mummy, maman, mammina, madrecita
pasta vermiculata: Spaghetti
etiam taces!: willst du wohl schweigen!, shut up!, tais-toi!, sta zitto!, aún no callas!

pag. 13, aliquantulum: ein wenig, a little bit, un petit peux, un poco, un poco
malleus: Hammer, hammer, marteau, martello, martillo
alibi: anderswo, somewhere else, ailleurs, altrove, en otra parte
astutus: schlau, cunning, astucieux, astuto, astuto

pag. 14, euax!: hurra!, hurrah!, hourra!, bravo!
praesagiens, -entis: weise, wise, sage, presago, sabia

pag. 15, agita, ac si domi sis tuae!: fühl dich wie zu Hause, make yourself quite at home!, chez nous, tu es chez toi!, fa comesse sia a casa tua!, portate comi si estuvieras en tu casa!
deambulare: spazierengehen, to have a walk, se promener, fare una passeggiata, pasear
cudere (cudo): schmieden, to forge, forger, battere, forjar
pugnus: Faust, fist, poing, pugno, puño

pag. 16, frigescere: kalt werden, to get cool, aller être froid, raffreddarsi, enfriarse
quorsum haec pertinent?: wohin führt das?, where is that going to lead us?, où allons nous?, dove ci portera questro? Iremos a parar?

pag. 17, plane: völlig, completely, complètement, completamente, totalmente
monstrator: Fremdenführer, tourist guide, guide, duida, guía
viator: Fremder, tourist, étranger, estraneo, turista
estur: es wird gegessen, can be eaten, c´est à mangé, è mangiato, que se come

pag. 18, furto subducere: heimlich entwenden, to take away secretly, voler furtivement, rubare furtivamente, sustraer furtivamente
dilabi: schwinden, to fade away, se dissiper, svanire, desaparecer
olus, oleris, n: Gemüse, vegetables, légumes, legumi, hortalizas
iusculum: Suppe, soup, potage, minestra, sopa

pag. 19, sollemne, -is, n: Fest, festivity, fête, festa, fiesta

pag. 21, contundere: niederschlagen, to knock down, battre, contundere, derribar a puñetazos

pag. 22, sublevare: aufheben, to lift, soulever, sollevare, levantar
porrectis manibus: mit ausgestrckten Armen, with outstretched arms, à bras tendu, a mani tese, a brazo alargado

pag. 23, maledictum: Fluch, oath, malédiction, maledizione, injuria

pag. 24, raptim: im Flug, hurriedly, rapidement, rapidamento, rapidamente
pondus, -eris, n: Menge, heap, tas, quantità, grand cantidad
pertinax: stur, stubborn, obstiné, pertinace, pertinaz

pag. 25, plaustrum: Karren, cart, char, carretta, carro
vellere (vello): rupfen, to pluck off, plumer, svellere, arrancar
plaga: Netz, net, filet, rete, red para cazar
vehiculum iam usurpatum: Gebrauchtwagen, second hand car, char d´occasion, veicolo di seconda mano, carro de segunda mano

pag. 26, dolum nectere: einen Streich spielen, to play s.o. a trick, jouer un tour, giocare uno scherzo a qu., urdir un engaño
truncus: Dummkopf, blockhead, imbécile, babbeo, zoquete

pag. 27, stertere (sterto): schnarchen, to snore, ronfler, russare, roncar

pag. 28, nequaquam: überhaupt nicht, not at all, pas du tout, nonaffato, de ningún modo
refertus: voll von, filled with, rempli de, pieno di, lleno de
alicuius damno: auf jemandes Kosten, at the cost of s.o., aux dépenses de qn., a spese di qu., a expansas de alg

pag. 29, bellicum canere: zum Kampf blasen, to sound the alarm, sonner l´alarme, suonare all'attacco, tocar alarma
signa inferre: angreifen, to attack, attaquer, attacare, atacar
praesto: anwesend, present, présent, presente, presente
tempus terere (tero): Zeit vergeuden, to waste time, perdre du temps, sciupare il tempo, malgastar el tiempo

pag. 30, quid hoc rei est?: was geht hier vor?, what´s going on?, qu´est-ce qui se passe?, cosa c´è?, qué pasa aqui?
irrepere: sich einschleichen, to sneak in, s´introduire furtivement, introdursi furtivamente, introducirse furtivamente
differre: aufschieben, to postpone, différer, aggiornare, aplazar
expergisci: aufwachen, to wake up, se reveiller, svegliarsi, despertar

pag. 31, ultimum: zum letzten Mal, for the last time, pour la dernière fois, per l´ultima volta, por última vez
cedo!: gib her!, give it to me!, donnez le moi!, dammi!, cedes!
torquere (torqueo): foltern, to torment, torturer, torturare, torturar
tormentum: Folter, torment, torture, tortura, tormento
tortor: Folterer, tormentor, bourreau, torturatore, atormentador

pag. 32, poenas dare: bestraft werden, to be punished, être puni, essere punito, dar castigo
additamentum: Zutat, ingredient, ingrédient, ingrediente, ingrediente

paululum: ein wenig, a bit, un petit peu, un poco, muy poco
piper, -eris, n: Pfeffer, pepper, poivre, pepe, pimienta
aestuare: kochen, to boil, frémir, bollire, hervir
fragum: Erdbeere, strawberry, fraise, fragola, fresa
alicius impens,: auf jemandes Kosten, at the expense of s.o., aux frais de qn., a spese di qu., a costa de alg

pag. 33, nati, m: Kinder, sons, enfants, figli, niños
forte fortuna: durch einen glücklichen Zufall, fortunately, par fortune, per fortuna, por afortunada casualidad
(ludi) circenses: Zirkusspiele, arena games, jeux de cirque, giuochi circensi, juegos circenses
vilis, -e: wertlos, bad, sans valeur, senza valore, despreciable

pag. 34, comedere (comedo): aufessen, to eat up, manger, mangiar tutto, comer
tantummodo: lediglich, just, seulement, unicamente, solamente
calidus: heiß, hot, chaud, caldo, caliente
ministrare: servieren, to serve, servir, servire, servir
ius, iuris, n: Suppe, soup, potage, minestra, sopa
venenatus: vergiftet, poisonous, empoisonné, avvelenato, envenenado
sursum: aufwärts, upward, en haut, insu, hacia arriba
inservire ad: dienen zu, to serve as, servir à, servire da, servir para
commendare: empfehlen, to resommend, recommander, raccommodare, recomendar

pag. 35, iusculum: Suppe, soup, potage, minestra, sopa
dictitare: zureden, to persuade, persuader, persuadere, persuadir

pag. 36, ain tu?: wirklich?, really?, vraiment?, veramente?, de verdad tú?
vanitas: Nichtigkeit, vanity, vanité, vanità, vanidad
loculator: Spaßvogel, joker, plaisant, burlone, bromista
loquacitas: Geschwätzigkeit, loquacity, loquacité, loquacità, locuacidad
pulsare: schlagen, to hit, frapper, colpire, pegar

pag. 37, porro!: hü!, whoa!, hue!, arri!, arre!

pag. 38, litteris consignare: aufschreiben, to note down, noter, mettere in iscritto, consignar algo por escrito
ad pilum convenit: es trifft haargenau zu, that hits the nail on the head, exactement, è giusto, exactamente

pag. 39, lapillus: Steinchen, gravel, caillon, lapillo, piedrecita
fures: Schurken, rascals, chiens, furfanti, canalla
verumtamen: ganz im Gegenteil, on the contrary, au contraire, al contrario, sin embargo
barbam radere (rado): sich rasieren, to shave, se raser, farsi la barba, afeitarse
glaber, -bra, brum: glattrasiert, well shaved, bien rasé, glabro, bien afeitado

pag. 40, calvities, -iei, f: Kahlköpfigkeit, baldness, calvitie, calvizie, calvicie
antidotum: Gegenmittel, antidote, antidote, antidoto, antidoto

pag. 41, quoties: wie oft, how often, combien de fois, quante volte, cuantas veces
barbatus: ein Bärtiger, a beard man, un barbu, un barbuto, un barbudo
alicui numeros acceptos referre: jemandem Punkte gutschreiben, to chalk up points for s.o., porter des points au credit de qn., marcare dei punti a qu., anotar puntos en la cuenta de alg
aliquid non pili facere unius: etwas für keinen Pfennig wert halten, not to esteem something a farthing, faire peu de cas de qc., non stimare q´un fico secco, no dar valor a algo
alicuius barbam vellere: jemanden am Bart zupfen, to pluck at one´s beard, tirer qu. par la barbe, tirare qu. per la barba, tirar de la barba a alg.
Crines hirsuti et horridi: struppige und borstige Haare, bristly hairs, cheveux à rebrousse-poil, capelli irsuti e ìspidi, capello erizado y aspero

pag. 42, de gradu deici: die Fassung verlieren, to lose one´s temper, perdre contenance, perdere le staffe, desalojar de su grado
pactus: abgemacht, agreed, d´accord, d´accordo, acordado
adiungere: mitgeben, to give along, donner, assegnare, adjuntarse
potio capillaris: Haarwuchsmittel, hair-restorer, produit capillaire, tonico per capelli, liquido para hacer crecer los pelos
se auferre: sich aus dem Staub machen, to make off, s´en aller, svignarsela, alejarse

pag. 43, enasci: sprießen, to sprout, pousser, spuntare, crecer
intermissio: Pause, interruption, repos, riposo, interrupción

pag. 44, medulla ossis: Knochenmark, bone-marrow, moelle, midollo, tuétano
haustus, us, m: Schluck, draught, gorgée, sorsata, sorbo
frustum panis tostum: geröstetes Brotstück, bit of toast, morceau de pain grillé, pezzo di pane tostato, trozos de pan tostado

pag. 45, vestrae partes sunt: ihr seid dran, it´s your turn, à votre tour, è la vostra volta, es vuestro turno
delectabilis, -e: appetitlich, delicious, appétissant, appetitoso, apetitoso
barbula: Bärtchen, tiny beard, barbiche, piccolo barba, barbita

pag. 46, animum recipere: wieder zu sich kommen, to recover, reprendre ses esprits, rimettersi, recobrar el ánimo

pag. 47, pallium: Mantel, coat, manteau, pallio, manto
proficere (proficio): erreichen, to make progress, faire de progrès, progredire, hacer progresos
occupatus in aliqua re: mit etwas beschäftigt sein, busy with, en train de, occupato di, ocupado en alguna cosa
non operae est: es lohnt sich nicht, it´s not worth while, ce n´est pas la peine, non vale la pena, no vale la pena
diiudicare: entscheiden, to decide, décider, decidere, decidir

ehapa COMIC COLLECTION EGMONT